Primū cōſiliū dn̄i Alexādri de Neuo Vincētini .iur̄ vtriuſq̄ doctor̄ .cōtra iudeos fenerantes.

In nomīe dn̄i nr̄i ieſu xp̄i eiuſq̄ glorioſiſſime matris v̄ginis Marie. glorioſi doctor̄ Hieronymi. ceterorꝝ doctorꝝ eccl̄ie. totiuſq̄ celeſtis curie. Amen.

In caſu in q̄ reqſitus fui ut cō ſiliū edā ſola dubia deſignabo. qa ex ipſis ↄp̄rehendet̄ caſus figuratio. Quinq̄ ḡ ſunt dubia. ¶ Primū an peccēt iudei fenerando xp̄ianis. ¶ Secūdū. An eccl̄ia de h̄ pctō ſe debeat īpe dire. ¶ Tertiū. An eccl̄ia debeat tolerare uel ↄſentire huic pctō ꝑpt maius malū vitandū uel ꝑpt mai⁹ bonū qđ exīde ↄ̄iſiſt̄ ſeq ſperat̄. ¶ Quartū. An p̄ncipes ſcl̄ares uel coītates uel cōſilia ciuitatū poſſint iudeis dare licētiā fenerādi. ul̄ cū iudeis poſſint paciſci ut feneren̄t xp̄ianis cā maior̄ mali vitādi. uel boni qđ exīde ſeq p̄ōt. ⁊ an ꝑpt h̄ incidāt in penā cle. vnice. de vſur̄. ⁊ c. i. eo. ti. li⁰ 6⁰. ⁊ ī alias penas ī iure exp̄ſſas. ¶ Quītū ⁊ vltimū. An papa ex cauſis p̄dictis poſſit cōcedē coītatibus uel ciuitatib⁹ ut ex diſpenſatione ap̄l̄ica ↄducāt iudeos ad fenerādū faciendo cū eis pacta ꝑut ↄſueuerūt.

¶ Primū dubium.

Glorioſiſſimi redēptoris noīe repetito. q̄ ad p̄mū dubiū .s. an iudei peccēt fenerādo xp̄ianis. Btūs Tho. ſcđa ſcđe. q. 78. arti. p̄. ⁊ oēs theologi tenēt q̄ ſic. Idē tenꝫ Hoſti. ī ſūma de vſur̄. §. an aliq̄ cāu. v̄. 8⁰. Idē tenet Io. an. in. c. ↄqueſt⁹. đ vſur̄. Idēꝫ tenet Hur. Cardi. et coīter oēs doctores. in dcō. c. cōqueſt⁹. Idē tenet Archi. ⁊ Io. de fantucijs. ī. c. ab illo. 14. q. 4. ⁊ Ray. in ſūma đ vſur̄. ⁊ ē coīs opīo theologorū ⁊ canōiſtarꝝ. Sꝫ aliq doctores nr̄i tp̄is neſcio q̄ ſpū ducti nō ſūt veriti conſulere q̄ iudei abſq̄ pctō poſſint vſuras recip̄e a xp̄ianis. Nec ſe ab h̄ retraxerūt ꝑpter auctoritatē theologorꝝ ⁊ canōiſtarꝝ q ſūt ſūme auctoritat̄. cū eorꝝ dcā ut autentica ī iudicijs allegent̄. ⁊ ſ̄m ip̄a cauſe decidāt̄. Et qbuſdā falſis rōnib⁹ inherētes dicta maiorꝝ ⁊ doctorꝝ nō ſequētes. Dicunt enī iudeos licite fenerari xp̄ianis. et allegant Deut⁰. 23. c. vbi Moyſes dic̄. Nō feneraber̄ fratri tuo pecuniā ul̄ aliā rē ſ̄ alieno. Itē allegāt c. ab illo. 14. q. 4. vbi videt̄ probari q̄ vſure ab hoſtib⁹ licite exigāt̄. Allegāt etiā. c. quāto. đ vſur̄. vbi ſolū vſure ī moderate vident̄ ꝓhiberi iudeis. Sꝫ iſte rōnes parꝝ valent. Nec obſtat auctoritas Moyſi ſ̄. all̄ata. qa ſ̄m beatuꝫ Tho. qn̄ Moyſes ↄceſſit iudeis vſuras exigē fuit ↄp̄atiua p̄miſſio ad vitādū mai⁹ malū. s. ne a iudeis deū colētib⁹ vſuras accip̄ent ꝑpt auariciā cui dediti erāt. Nā iudei recipiebāt vſuras a iudeis ⁊ a gētib⁹. vn̄ Moyſes ut reſtrīgeret eorꝝ auariciā ꝓ p̄te vidēs q̄ ip̄aꝫ in totū nō poterat coercere. p̄miſit ut vſuras exigerēt a gētib⁹. ut ex h̄ ceſſarent exigē a iudeis. Naꝫ vbi qs inter duo mala ē īplicit⁹ ita q̄ alterꝝ oīo eſt factur⁹. ↄſulendū eſt ei ut poti⁹ faciat min⁹ malū ⁊ euitet mai⁹. ut dīc tex. 13. diſ. nerui. Vn̄ alibi dīc tex. q̄ ſi vn⁹ ē parat⁹ facē hōicidiū niſi ↄmittat adulteriū. puta dīc ſe victum tāta paſſiōe amor̄ ut non poſſit vitare adulteriuꝫ niſi adulterā interficiat. ↄſulēdū ē ei ut faciat adulteriū. qđ eſt min⁹ pctm̄ q̄ hōicidiū. ut dīc tex. 33. q. 2. ſi qđ veri⁹ Vn̄ iſta ↄp̄atiua p̄miſſio nō excuſauit

A

a pc̄tō.ut in iuribꝰ ſ̄.allegatꝭ.Et hͦ di
cūt doctores theologi.p̄ſertī; beatus
Tho.7 doctores canōiſte.Et eadē rōe
pmiſit Moyſes iudeis repudiū ut eui
tarēt hōicidiū;.Aliud enī ē p̄cipe.ali
ud pmittē.qđ enī pmittimꝰ nolētes
ↄcedimꝰ.qa malas hōīu; voluntates
ad plenū cohibē nō poſſumꝰ.Et ſic di
cit ſanctꝰ Jo.Criſoꝰ.cuiꝰ tex.ponit̄.31.
q.i.hac rōne.Vn̄ glo.notabil̄ in dcō
c.fi.dic.ꝙ ↄpatiua pmiſſio potiꝰ dr̄ to
lerātia ꝙ̄ pmiſſio.Vn̄ dic canō ꝙ ea q̄
pmittimꝰ n̄ approbamꝰ.ut dcō.c.hac
rōne.Et ſ̄m hāc pmiſſionē dicunt de
cretales ꝙ multa p patiētiā tolerāt̄ q̄
ſi ī iudiciū deduceremꝰ caſſarent̄.ut ī
c.cū iā dudū.de p̄ben.Iſta ſūt verba
glo.p̄allegate.cū qua trāſit ibi Archi.
7 Jo.đ fantuciꝭs.Et ſ̄m iſtā ſolutiōe;
btī Tho.cū qua trāſeūt cōit̄ canōiſte.
dicēdū ē ꝙ ſi Moyſes potuiſſet ī totū
arcē iudeos a fenerādo.nullo mō per
miſiſſet.Et iō vbi iudei pn̄t ꝓhiberi a
fenerando debent ꝓhiberi ne dent ad
vſuras.qđ fieri poteſt in terris xp̄ia
noꝝ ī qbꝰ ſūt iudei.Nā pn̄t dn̄i illaꝝ
in totū arcē iudeos a fenerādo.7 ſi to
to eoꝝ auariciā cohibē.Vn̄ debēt p̄n
cipes xp̄iani eis intdicē ne dēt ad vſu
ras.cū ceſſet cā ꝓpt quā Moyſes pmi
ſit iudeis fenerari.Alij aūt theologi
alit̄ ſoluūt.dicētes ꝙ illa acceptio vſu
re a gētilibꝰ int̄ q̊s iudei habitabāt po
tius erat ſue rei recupatio ꝙ̄ vſura.qa
tota illa t̄ra iudeis data fuit a dn̄o.7 ī
iuſte poſſidebat̄ a gētibꝰ.7 ſic iudei fe
nerādo gētibꝰ nō accipiebāt alienū ſ̄
ſuū uel qđ eis debebat̄.nā vbi qs ten;
meū ul̄ mihi debitu;.ſi nō poſſū illud
p via; iuđ recupare.poſſū fenerari illi
q tenet illud illicite.7 vſuras ab eo re
cipe vſq; ad ea; ꝙ̄titatē q̄ mihi debet̄.
ul̄ vſq; ad eiꝰ extimatiōe;.ſicut 7 poſſē

furari.de q̊ p Inno.7 doc.in.c.oli;.de
reſti.ſpol̄.S; qcqd ſit Moyſes pꝰea re
uocauit pmiſſionē fenerādi facta; iu
deis.ut p; Deut.° 28.° ca.° vbi dr̄.Fene
raberiſ gētibꝰ multiſ 7 ip̄e a nullo fenus
accipies.Et ī eodē ca.° vltra mediū dr̄
Aduena fenerabit tibi.tu aūt nō fene
rabis ei.Et forte ꝓpt̄ hͦ verior ē ſolu
tio btī Tho.ad p̄mā auctoritatē alle
gatā.qa ſi illa permiſſio fuiſſet licita:
Moyſes pꝰea non reuocaſſet.Vn̄ alij
theologi dicūt eē v̄iorē ſolutionē btī
Tho.ad p̄mā auctoritatē ſ̄.allegata;.
ſ̄ nō inſiſto.ex q̊ apparet illā pmiſſiōe;
fuiſſe pꝰea p Moyſen reuocatā.Et eti
am ē determinatū p ius canōicu;.Nam
iudei fenerātes xp̄ianis cōpellēdi ſūt
vſuras remittē ipſis.ut in.c.pꝰ miſe
rabilē.de vſuriſ.Vn̄ cū ↄpellant̄ remit
tere p; ꝙ illicite recipiūt.Nā lucꝝ lici
tū nemini ē auferēdū.imo illud qđ ē
illicite acqſitū in rēdu; pōt licite retine
ri.puta qn̄ lucꝝ ē illicitū reſpcū nego
ciatiōis.tn̄ abſq; aliq̄ fraude ul̄ rapia
ul̄ calūnia alteriꝰ acqſitū.ut dic Inno.
in.c.qa plerīq;.đ īmu.ec.Et ibi plene
examinat̄ an 7 qn̄ illicite acqſitū ſit re
ſtituēdū.de q̊ etiā in.c.ex trāſmiſſa.
de decimis.vbi bona glo.7.14.q.5.in
ſūma.Cū ḡ iudeꝰ fenerās xp̄iano vſu
ras ei reſtituē teneat̄ ul̄ remittē.ut in
dcō.c.pꝰ miſerabilē.p; ꝙ receptio vſu
re oī reſpcū ē illicita.s.rā reſpectu iu
dei feneranſ ꝙ̄ fraudis q̄ ↄmittit̄.Et
ꝙ vſura ſit oī reſpcū illicita p;.qa vſu
ra dr̄ rapina.ut in.c.ſi qs vſurā.14.q.
4.Nō obſtat.c.ab illo.14.q.4.qui
tex.videt̄ pmittē ꝙ ab hoſte poſſumꝰ
licite vſuras recipe.qa ille tex.h; mul
tos ītellectꝰ q referunt̄ ibi p Archi.et
Jo.đ fantuciꝭs.Vn̄ nō īſiſto etiā rn̄dē
do ad illū tex.S; p̄ſuppoſito ꝙ ab ho
ſtibꝰ qbꝰ licite pn̄t arma īferri poſſint

vſure licite exigi. nõ tñ p h̄ iſert̄ ꝙ iu
dei licite accipiãt vſuras a xp̄ianis. qa
xp̄iani nõ ſũt hoſtes neqꝫ ĩimici iude-
orũ. ĩmo pietas xp̄iana tolerat iudeoſ
ut dĩc tex. ĩ. c. 7 ſi iudeos. in p̄n°. de iu
deis. Prohibẽt̃ etiã xp̄iani ĩferre ĩiuri
as iudeis. ut ĩ. c. ſicut. ꝺ iudeis. cũ ſili-
bus. ĩmo iudei ſũt ciues romani. ut ĩ
l. iudei. cũ. l. ſe. C. ꝺ iudeis. ¶ Ad ali-
ud aũt ꝯtriũ. s. ad. c. q̄ꝫto. de vſurꝫ. vbi
ſolũ vſure ĩmoderate vident̃ ꝓhiberi
exigi a xp̄ianis p iudeos. dicẽduꝫ ẽ ꝙ
ille tex. nõ obſtat. qa nõ ẽ ibi ſumẽdũ
ar. a ꝯtrio ſenſu ne reſultet abſon⁹ ĩtel-
lect⁹. 7 ꝯ illud qꝺ ẽ in iure deciſuꝫ. Ita
dĩc ibi glo. 7 doc. ĩ dcõ. c. q̄ꝫto. Vel alit̃
ſm doc. ille tex. appellat vſuraſ ĩmode
ratas. qa oĩs vſura eſt ĩmoderata cuꝫ
ſit rapina. ut ĩ. c. ſi qs vſuraꝫ. 14. q. 4.
Naꝫ vſure ſũt ĩuẽte arte neqſſima. ut
dĩc tex. 47. diſ. ſicut hi. Et illud. c. q̄ꝫ-
to. cõit̃ p doc. ita intelligit̃. Ideꝫ dicit
Hoſti. ĩ ſũma ꝺ vſurꝫ. §. q̄ pena vſura-
rioꝝ. v°. videt̃ tñ ꝙ iudeus. Vñ mĩme
mutãda ſũt q̄ certã ĩterp̄tatiõeꝫ ſp ha
buerũt. ut ĩ. l. mĩme. ff. ꝺ legibꝫ. Ex q
bus ꝯcludẽdũ vr̃ ſm oĩuꝫ opĩonẽ the
ologoꝝ 7 doctoꝝ iurꝫ canõici ꝙ ñ ſit li
citũ iudeis fenerari xp̄ianis. 7 ꝙ ĩuol
uant̃ crimĩe vſurarĩo. ſicut ſi iudei fe-
nerarent̃ iudeis. Et h̄ de p̄mo dubio.

¶ Secũdũ dubiũ.

Quo ad ſecũdũ. s. vtꝝ eccl̃ia de
beat ſe ĩpedire ꝺ pctõ iudeoꝝ
doc. q ſcripſert̃ ĩ iure canõico
tenet ꝙ ſic. ut pꝫ ĩ dcõ. c. p⁹ miſerabilẽ
de vſurꝫ. vbi p̄cipit̃ oĩbꝫ p̄ncipibꝫ 7 po
teſtatibꝫ ſclaribꝫ ꝙ ꝯpellãt iudeos ad
remittẽdas vſuras xp̄ianis. Et donec
remiſerĩt denegãda ẽ eis coĩo xp̄iano
rũ tã ĩ mercimoniĳs q̄ꝫ in alĳs. Si g̊ ec
cleſia ĩpedit ſe ꝺ pctõ iudeoꝝ feneran
tiũ ut liberẽt xp̄ianos ab vſurꝫ qbꝫ cõ
ceſſerũt pecuniaꝫ mutuo ſub vſurꝫ. ut
pꝫ ĩ dcõ. c. p⁹ miſerabilẽ. forti⁹ dꝫ ſe ĩ-
pedire añ factũ. s. ut ĩt̃dicat̃ iudeis
ne mutuẽt ad vſuras. qa facili⁹ ĩpedi-
unt̃ faciẽda q̄ꝫ tolerãt̃ iã fcã. ut in. c.
queãdmodũ. ꝺ iure iurꝫ. 7 ĩ. l. p̄re furi
oſo. ff. ꝺ his q ſũt ſui uł alie. iurꝫ. Et ut
dixi iſta ẽ coĩſ opĩo doc. q ſcripſert̃ ĩ iu
re canõico. Sꝫ aliq doc. nr̃i tp̄is ut ſ̄. di
xi nõ ſũt veriti ꝯſulẽ ꝙ eccl̃ia ñ debeat
ſe ĩpedire de pctõ iudeoꝝ. qa de his q̄
forꝫ ſũt nihil ad eccl̃iaꝫ ꝑtinet iudicare
ut ĩ. c. multi. 2. q. 1. 7 ĩ. c. q ſincera. 45.
diſ. Sed ſalua eoꝝ reuerẽtia decipiũt̃.
qa ĩmo eccl̃ia ĩpedit ſe ꝺ h̄ pctõ iudeo
rũ. 7 ꝺ h̄ ẽ cãus ĩ dcõ. c. p⁹ miſerabilẽ.
¶ Pr. vbi iude⁹ uł ali⁹ ĩfidelis delinqt
ꝯ legẽ nãe. põt dũmõ det̃ facultas pu
niri a iudice eccl̃iaſtico. Idẽ ſi delĩqt ꝯ
ius dĩnũ q̊ ad p̄cepta moralia. Et hoc
nõbilit̃ dixit Inno. 7 doc. in. c. qꝺ ſuꝑ
his. ꝺ voto. Idẽ tenet Hoſti. Jo. an. 7
coĩter doc. ĩ. c. gaudem⁹. ꝺ diuoꝛ. Di-
cũt. n. ibi ꝙ ſi ĩfidelis ꝯhit mr̃imõiuꝫ
cũ duabꝫ mulieribꝫ eodẽ tp̄e. põt p ec
cleſiã pũiri ſi det̃ facultas. qa p ius di-
uinũ ẽ ꝓhibitũ ꝙ qs ꝯhat mr̃imoniũ
cũ pluribꝫ eodẽ tp̄e. Sꝫ vſura ẽ ꝓhibi
ta a lege nãe. ut pꝫ p ph̄m p̊ polit. vbi
Ar. nulla lege ſcripta artat⁹ ſ ſola du-
ct⁹ nãli rõe lucꝝ vſurariũ ẽ deteſtat⁹.
qꝺ ñ feciſſet niſi act⁹ vſurari⁹ ex nã rei
fuiſſet vitioſus 7 malicia ꝯuolut⁹. hoc
etiã pꝫ. qa certũ ẽ ꝙ rapina ex nã rei ẽ
vitioſa 7 malicia ꝯuoluta. Qui aũt ac
cipit vſurã facit rapinaꝫ. ut dicit ſcũs
Amb°. cui⁹ tex. ponit̃. 14. q. 4. ſi qs vſu
rã. Et alibi dixit idẽ Amb°. vſuras eẽ
ĩuentas arte neqſſima. cui⁹ v̊ba habẽt̃
46. diſ. ſicut hi. hoc etiã ꝓbat̃. 89. diſ.
eĳciẽs. q ẽ tex. ſcĩ Jo. Criſo. Et h̄. s. ꝙ
vſure ſit ꝯ legẽ nãe. tenuit btũs Tho.
ſcꝺa ſcꝺe. q. 78. arti. p̊. 7 h̄ etiã tenuit

diſputādo qdā frat Girard⁹ ꝺ Senis
ſūm⁹ theolog⁹ ac canōiſta. quē Jo. an.
cōmēdat ī mercurialib⁹. ī regula poſ-
ſeſſor. ꝺ re. iur. li° 6°. cui⁹ diſputatiōē
refert ⁊ ſeqt Jo. an. in regula pc̄m̄ in
mercurialib⁹. in 2°. ar. ¶ Itē vſura ē ꝯ
ius dīnū. qa ē ꝓhibita ⁊ ꝑ vet⁹ ⁊ ꝑ no
uū teſtamētū. ut dīc tex. ī. c. ſuꝑ eo. ꝺ
vſuris. Et h̄ etiā alit ꝓbat. Nā vſura
fuit ꝓhibita ꝑ Moyſen. ut pȝ Deut°.
28°. ca°. ⁊ in ps. Dne qs hītabit ī tab-
naculo tuo. ibi. Qui pecuniā ſuā n̄ de
dit ad vſurā. Et ſic ꝑ vet⁹ teſtamētū.
¶ Itē ꝑ euāgeliū ī q dr̄. Mutuū date
nihil in ſpantes. Cū g̊ vſura ſit ꝓhibi
ta vtroqȝ teſtamēto. ut ī dcō. c. ſuꝑ eo.
⁊ auctoritatib⁹ s. allat. dans pecuniā
ad vſurā ꝯmittit ꝯ ius dīnū ꝯtinēs p̄
ceptū morale. g̊ eccl̄ia pōt īpedire infi
delē ne feneret. ⁊ ꝯ facientē ipm̄ pūire.
Et q̄ n̄ date pecuniā ad vſurā ſit p̄ce-
ptū morale ꝺ iure dīno pȝ. qa cōtinet
ī p̄cepto decalogi. ⁊ ꝯtinet ſub illo p̄ce-
pto. Nō furtū facies. nō ꝯcupiſces rē
ꝓximi tui. Nā vſura ē rapina q̄ ē ſpēs
furti. ut dcō. c. ſi qſ vſurā. 14. q. 4. Oīa
enī decē p̄cepta q̄ dedit de⁹ Moyſi ſūt
p̄cepta moralia. qa ꝯcernūt mores ho
minū. ut ꝯſtat ⁊ ꝓbat. 6. diſ. §. is itē.
Qē ius dīnū dr̄ ius nāe. ut nōt. 1. diſ.
ius nāle. ⁊ ſic ius nāle ⁊ ius dīnū idē
ſūt. Ex q̊ ꝯcludo q̄ cū vſura ſit ꝓhibi
ta lege nāe ⁊ iure dīno. eccl̄ia dȝ ſe īpe
dire ꝺ pc̄ō iudei ul̄ alteri⁹ īfidelis fe-
nerātis ſi dat ei facultas puniēdi ul̄ im
pediēdi. iux doctrinā Inno. Hoſti. Jo.
an. ⁊ alioꝝ ſcribētiū ī. c. qꝺ ſuꝑ his. de
voto. ī. c. gaudem⁹. ꝺ diuor. ī. c. ꝯ xp̄i
anos. ꝺ hēti. li° 6°. ¶ Nō obſtat qꝺ al
legāt p̄dci doc. s. q̄ eccl̄ia non debeat
ſe īpedire ꝺ pc̄ō iudeoꝝ cū ad eā nō
ꝑtineat iudicare ꝺ his q̄ foris ſūt. ut ī
c. multi. 2. q. 1. ⁊ ī. c. q ſincera. 45. diſ.

Nā cū reuerētia eoꝝ iuxta illa debēt in
telligi q̄ eccl̄ia n̄ pōt iudicare de his q̄
foris ſūt. q̊ ad h̄ ut penā ſpūalē īfligat.
ul̄ regulas canōicas īponat q̊ ad religi
onē eis īuitis. ut dīc glo. ī. c. iudei. ex
de iudeis. ⁊ Hoſti. ī ſūma ꝺ iudeis. §.
⁊ ī qb⁹ grauēt. v°. qd ſi iude⁹ epī ſb̄di-
tus. Et multi caſus numerāt ꝑ glo. et
doc. ī dcō. c. iudei. in qb⁹ eccl̄ia īpedit
ſe de pc̄tīs iudeoꝝ ⁊ alioꝝ īfideliū. Et
int alios cāus nūerat crimē vſurarū.
Et h̄ q̊ ad ſecundū dubiū.

Tertiū dubiū.

Q Circa tertiū. s. an eccl̄ia debeat
ul̄ tolerare h̄ pc̄m̄. uel ut fiat
ꝯſentire ꝓpt mai⁹ malū vitā
dū. uel ꝓpt mai⁹ bonū qꝺ īnſilr exide
ſeq pōt. doc. canoniſte ⁊ theologi cōit
tenēt q̄ nō. Et ita etiā diſputādo det-
miat p̄dict⁹ frat Girard⁹ de Senis or-
dinis heremitaꝝ. quē refert ⁊ ſeqt Jo.
an. ī mercurialib⁹. ī p̄allegata regula.
pc̄m̄. ī 3°. ar. Sȝ ꝓ hui⁹ rei euidētia ſciē
dū ē q̄ nōnulli nr̄i tp̄is dicūt q̄ ꝓpter
mai⁹ malū vitandū eccl̄ia dȝ tolerare
q̄ iudei fenerent. qa ē min⁹ malū q̄ȝ q̄
paupes ꝑeant fame nō īuenietes q ſi-
bi mutuēt pecūias. Itē ſi iudei n̄ mu
tuarēt ſub vſuris. xp̄iani darēt ad vſu-
rā. Sȝ eſt mai⁹ malū ⁊ pc̄m̄ q̄ xp̄iani
exerceāt vſuras q̄ȝ q̄ iudei exerceant.
Min⁹ aūt malū tolerādū ē ut maius
euitet. 4. diſ. deniqȝ. Hinc eſt q̄ eccl̄ia
tolerat ꝓſtibula ſeu lupanaria ut eui-
tent adulteria ⁊ alia maiora crimīa. ut
dīc glo. ⁊ doc. ī. c. int opa. de ſpōſa. Sȝ ī
h̄ ē cōſiderādū. Nā aliq̄n eadē ꝑſona
ē int duo mala īplicita. puta qa niſi ꝑ
mittat adulteriū faciet hōicidiū. Et h̄
cāu admittit ꝯpēſatio. qa poti⁹ ſibi ꝑ-
mittēdū ē ut faciat min⁹ malū ne faci
at mai⁹. ⁊ ſic ut faciat adultiū qꝺ ē mi
nus malū q̄ȝ hōicidiū. ut ē tex. 33. q. 2.

ſi qꝺ vetiꝰ.et.iʒ.diſ.netui. Aliqñ duo
mala nō cadūt ī eadē pſona ſʒ ī diuer-
ſis.vbi grā.vnꝰ vult interficē hoīeʒ.int
rogat me vbi ſit.nūqd liceat mihi di-
cere mēdaciū.videlʒ ꝙ neſciā vbi ſit.
ad hʼ ut euitetʼ hoīcidiū.cū mendaciuʒ
ſit lōge minꝰ pctm̄ ꝙ̄ hoīcidiū? Et di
cēdū ē ꝙ nō.ut.zz.q.z.c.pmuʒ.⁊.c.
ne qs.ut.14.q.5.forte. Et ſic mihi nō
licet ꝯmittē minꝰ maluʒ ut aliꝰ euitet
maiꝰ.ulʼ ut ꝯſeqt̄ʼ maiꝰ bonū.qa nemo
dʒ aīam ſuā alienis īpendē cōmodis.
Vñ nō dʒ qs ꝯmittē pctm̄ veniale. ut
alius euitet mortale. Hoc vult glo.nō
bilʼ.14.diſ.qꝺ ait. Idē dic Augꝰ.in liᵒ
de mēdacio.cuiꝰ tex.ponitʼ.zz.q.z.c.
pmū.vbi Augꝰ.dic ꝙ ē ꝓhibituʒ dicē
mēdaciū ut alius ab īmūdicia corpali
defendatʼ.i.ne eiꝰ v̊ginitas ulʼ caſtitas
violetʼ. Itē dic ibideʒ Augꝰ ꝙ nō ē lici
tū dicē mēdaciū ut aliꝰ liberetʼ a mor-
te tpali uel eterna.s.ut nō occidatʼ ab
alio.ulʼ ut liberetʼ ab inferno.⁊ tñ tale
mēdaciū ē pctm̄ veniale.qa nulli no-
cet ⁊ alteri ꝓdeſt. ⁊ tale mendaciū dr̄
mēdaciū officioſū. Vult g̊ ſcūs Augꝰ.
ꝙ nō liceat facē vnū pctm̄ veniale le-
uiſſimū ut alius euitet mortale etiā g̊
uiſſimū. uel ut aliqs pducatʼ ad para-
diſū aut ab īferno liberetʼ. Et ī cāu no
ſtro ē tex.ī t̄minis ī.c.ſup eo.ꝺ vſurꝺ.
vbi tex.dic ꝙ cū ſcriptura dīna ꝓ alte
riꝰ vita mētiri ꝓhibeat.multo magis
qs ē ꝓhibēdꝰ ne vſuraꝝ crimīe inuol-
uatʼ ꝓ redimēda vita captiui.i.illiꝰ q
erat captiuus ſaracenoꝝ. Vñ Hoſti.
Jo.an.⁊ doc.ī.c.nō magno. ne cle.uel
mo.dicūt ꝙ aut aliqd ē ꝓhibituʒ lege
dīna.⁊ nō admittitʼ ꝯpēſatio ꝺ minori
malo ad maiꝰ malū.nec ꝺ malo ad ma
ius bonū.qa minꝰ malū nō ē ꝯmitten
dū cā vitādi maiꝰ malū uel ꝯſequēdi

maiꝰ bonū. Et hʼ ꝓbatʼ in dcō.c.pmū.
zz.q.z.⁊ ī.c.ſup eo.ꝺ vſurꝺ. Aut ē ꝓ-
hibitū lege canōica. ⁊ tūc pōt fieri cō-
pēſatio auctoritate pape.cū poſſit tol-
lere pctm̄ qꝺ ꝯſtitutio canonica indu
xit.ut ī.c.ꝓpoſuit.de ꝯceſ.pben. ⁊ hoc
mō loquitʼ.c.qꝺ p̄deceſſor.xi.q.3. Ex
his infertʼ an liceat conſentire malo cā
maiorꝺ mali vitādi.uel maiorꝺ boni cō
ſequēdi. Et dicēdū ē ꝙ nō. qa potius
debemꝰ oīa mala pati ꝙ̄ malo cōſenti
re.ut ī.c.ita ne.3z.q.5.⁊ ī.c.ſacꝺ.qꝺ
metꝰ cā. Vñ ecclīa nō pōt ꝯſentire ma
lo cā vitādi maiꝰ malū.lʒ poſſit tolera
re ſub diſſimulatiōe cā maiorꝺ mali vi
tandi.ꝓut tolerat proſtibula. Et talis
toleratio appellatʼ ꝯceſſio īpunitatꝺ.qa
talis nō punitʼ cā maiorꝺ mali vitādi.
uel maiorꝺ boni qꝺ exīde oriri pōt. Et
de hʼ ē glo.quā ſeqtʼ Archi.⁊ Jo.ꝺ fan.
4.diſ.deniqʒ.ī v̊bo.venia.⁊.31.q.1.hac
rōne. Scꝺm hāc etiā pmiſſionē dicit
decre.ꝙ multa p patiētiā tolerātʼ q̄ ſi ī
iudiciū deducerētʼ caſſarētʼ.ut in.c.cū
iā dudū.de p̄ben. Vñ ecclīa nō poſſet
dare licētiā iudeis ut ſeruēt ritꝰ ſuos.
lʒ toleret remouendo īpedimēta. Hoc
voluit glo.notabilʼ in.c.q ſincera.45.
diſ.ī glo.ſcꝺa.quā ibi ſequitʼ Archi.⁊
Jo.ꝺ fan. Sic g̊ licʒ eccleſia toleret iu-
deos q̊ ad ritꝰ ſuos ⁊ ꝓhibeat eos īpe-
diri cā maiorꝺ boni qꝺ exinde ſeqtʼ.s.
ut p hāc viā poſſimꝰ eos lucrari.ut di
cit tex.in.c.q ſincera.45.diſ. Et quia
veritas nr̄e fidei ī libris ipſoꝝ velata
⁊ in ritibꝫ p̄figurata.nr̄is oculis luci-
dū demōſtratʼ.⁊ fidei nr̄e teſtīoniū re
boratʼ.ut dicit Augꝰ.17°.liᵒ ꝺ ciui.dei.
Et iſtud pulchre examīat p̄dictꝰ frat
Girardꝰ de Senis.cuiꝰ v̊ba refert Jo.
an.in p̄allegata regula pctm̄.in 3°.ar.
vbi qrit.an ecclīa ꝯcedē debeat ꝯctuʒ

vſuratiū ꝑpt aliqꝺ bonū qꝺ īn̄ oꝛiat̃
ūel ꝑpt aliqꝺ malū qꝺ īde vitet̃.ut ꝑ
pter h̃ tollat̃ illa via.Et ibi ꝺıc ꝙ trib
modis pōt accipi cōceſſio.Vno mō ꝑ
ut ē ſimplex pmiſſio īdulgēs pœnam.
Et h̃ caſu eccleſia pmittit malū ut eui
tet̃ maı⁹ maluꝫ.ut ꝺcō.c.ꝺeniqꝫ.iūcta
glo.ī v̂bo.venia.4.ꝺiſ.7 in.c.ſi q̄ mo
nachaꝝ.iūcta glo.ibi.24.q.1.et in.c.
veniens.iūcta glo.ſi.q clerici vel vo.
Et ꝺıc Io.an.p⁹ fratrē Girardū ꝙ tal̃
pmiſſio iō ꝺr̄ ſimplex.qa pœa tm̄ īdul
get̃.nō aūt culpa minuit̃.ut ī iurib 7
glo.s̄ ꝺıcť.7 p glo.s̄.allegatas.2° mō
pōt accipi ꝯceſſio ꝑut idē eſt qꝺ pmiſ
ſio tollēs īpedimētū.ſm quē modū iu
ꝺei īter xp̄ianoſ pmittūt̃ ab eccłia ī ob
ſeruātia ſui rit⁹.ut in.c.q ſincera.45.
ꝺiſ.Rōnē aūt iſti⁹ pmiſſiōis ꝺixi s̄.Et
iſta pmiſſio ꝺiffert a p̄ma.qa non ſolū
eccłia pmittit malū.ſ.obſuātiā rit⁹ iu
ꝺeoꝝ ſubtrahēdo ꝯminationē uł īfli
ctionē pœne ſicut facit p̄ma pmiſſio.ſꝫ
etiā remouēdo īpedimēta xp̄ianoꝝ q
vellēt īpedire iudeoſ ne ſuēt ſuos rit⁹
ut ꝺcō.c.q ſincera.7.c.ſicut.ꝺ iudeiſ.3°
mō pōt ꝺici ꝯceſſio ꝑut idē ē qꝺ pmiſ
ſio p̄ſtās iuuamē.ſm quē modū eccle
ſia pmittit clericū occidi a ptāte ſcłari
Et h̃ pmiſſio excedit ſecundaꝫ pmiſſi
onē ſicut ſecūda p̄mā.qa p iſtā tertiā
pmiſſiōeꝫ nō ſolū ſubtrahit̃ ꝯminatio
q̄ poſſet p occiſionē clerici infligi ſicut
fit in p̄ma pmiſſiōe.ſꝫ etiā tollit̃ īpedi
mētū p qꝺ poſſet occiſio clerici īpediri
ſicut fit in ſcꝺa pmiſſione.imo etiā vl
tra h̃ ꝺuo p̄ſtat̃ iuuamē.Nam ī ſcꝺa p
miſſiōe eccłia nō poſſet p̄ſtare iuuamē
qa nō pōt adiuuare malū.Sed etiā in
iſta tertia pmiſſiōe ī occiſiōe clerici q
ꝺign⁹ ē moꝛte eccleſia p̄ſtat iuuamē.
qa ipſū ꝺegꝛdat.et ponit etiā ī manib
iudicis ſecularis vt cruciet̃ vł etiā occi
ꝺat̃.iuxta illud ap̄li.1.Cor.5°.ca°.Tra
ꝺens h⁹ modi hoīeꝫ ſathane in īteritū
carnis ut ſpirit⁹ ei⁹ ſalu⁹ fiat ī ꝺie ꝺnī
nrī ieſu xp̄i.De quo ē tex.ī.c.nouim⁹
ꝺe v̂bo.ſigſ.7 in.c.ꝺegꝛdatio.ꝺe pe.in
6°. Ex his patꝫ ꝙ trib modis pōt ac
cipi ꝯceſſio uł pmiſſio.Pꝛimo qn̄ ꝑ
ptet maı⁹ malū vitādū ſub ꝺiſſimula
tiōe malū tolerat̃.Et h̃ ꝺr̄ ꝯparatiua
pmiſſio.qa ſolū pœna indulget̃.cū tal̃
ſic faciēs nō puniat̃.Tn̄ nō min⁹ īuol
uit̃ crimīe ꝑpt talē pmiſſiōeꝫ.2° mō
accipit̃ ꝯceſſio uel pmiſſio qn̄ etiāꝫ tol
lūt̃ īpedimēta impedientia malū fieri
ꝑpt bonū qꝺ inde ſeq ſꝑat̃.ut in ob
ſeruatiōe rituū iudeoꝝ.3° mō qn̄ etiā
p̄ſtat̃ iuuamē.Et h̃ 3° mō eccleſia non
pōt ꝯcedē uł pmittere niſi illud qꝺ p
mittit̃ uł cōcedit̃ ſicut licitū.vt ē occi
ſio clerici q ꝑpt ꝺelictū tradit̃ curie ſe
culari.Vn̄ ē licita et fit abſqꝫ pctō.qa
maleficia n̄ ꝺebēt remanē īpunita.ut
in.c.ut fame.ꝺ ſen.exco.7.l.ita vulne
rat⁹.ff.ad.l.aqł.Nā eccłia n̄ pōt ꝺare
licētiā faciēdi malū.ut.24.q.2.legat̃
Vn̄ eccleſia nō poſſet ꝺare licētiā p̄ſtā
ꝺo iuuamē ut iudei ſuēt rit⁹ ſuos.ut
ꝺıc glo.ī ꝺcō.c.q ſincera.45.ꝺiſ.Et h̃
etiā ſentit p̄allegatus frat̃ Girard⁹.et
Io.an.ī p̄allegata regula.pctm̄.i 3°.ar.
Vn̄ ſcūs Aug⁹.ꝯ̄ Permenianū.li° 2°.
cui⁹ tex.ponit̃.23.q.4.ita plane.ꝺıc ꝙ
qs ſociat̃ mał qn̄ malū ꝯmittit cū eis
aut eiſ ꝯmittētib fauet.Et p⁹ea ī fine
c.ꝺıc ꝙ vbi malū nō pōt coꝛrigi uł pu
niri uel alit̃ ei obuiari.illa ꝺuo ſp retē
ta ſeruāt hoīem īnocētē 7 incoꝛruptū
s.ut nec malū qſ faciat neqꝫ etiā appꝛo
bet.Idē etiā ꝺr̄ in ꝺuob caſib ſequē
tib p⁹ illud.c.ita plane.Sꝫ p̄ſtare iu
uamen ad maluꝫ eſt fauere ad malū 7

malo.ꝗ non licet eccleſie pſtare iuua-
men iudeis exercere vſuras volētibꝰ.
vn̄ h̄ cāu faueret malo. Vn̄ p̄dictꝰ frat
Girardꝰ.⁊ Jo.an.in dcā regula.pctm̄
in 3° ⁊ vltio articul.ſic rn̄dent ad 3ria
dicta.ꝙ ɔtractꝰ vſurarius nō debet p
mitti ꝑpt maiora mala vitāda.puta ꝑ
pter dānū ī rebꝰ.piculū ī pſonis. nec
ꝑpt bonū qđ inde ſeqr.puta pauperū
⁊ mercātiaꝝ ſaluatio. Nā mala q̄ ꝑpt
ɔtctū vſurariū vitari pn̄t ut plurimū
ſūt dāna corpalia ſeu tpalia. Sꝫ malū
ſpūale nūq̄ꝫ debet pmitti ꝑpter aliqđ
corpale maluꝫ vitādū. Et dato ꝙ ꝑpt
ɔtctū vſurariū aliqđ malū ſpūale vita
ret. illud tn̄ nō videt realit eē maius
malū q̄ꝫ crimē vſuraꝝ. Et dato ꝙ vi-
taret maius malū ſpūale.uel ſequeret
maiꝰ bonū ſpūale ex pmiſſione crimi-
nis vſurarū.adhuc non debēt pmitti.
qa nūq̄ꝫ oꝫ pmitti malū ꝑpt maiꝰ ma-
lū vitādū.ul ꝑpt maiꝰ bonū qđ in̄ ori
ri ſperet.ut.c. n magno.ne cle.ul mo.
et ibi p glo.⁊ doc.⁊ s̄.declaraui q̄liter
h̄ intelligat. Dicit etiā p̄allegatꝰ frat
Girardꝰ.⁊ Jo.an.ꝙ illud ex q̊ bonum
vtile multiplicat ſaluato bono hone-
ſto licitū ē ⁊ pmiſſū. Sꝫ in ꝑpoſito di-
cūt n̄ eē ita. Nā q̄ꝫuiſ p ɔtractū vſura-
riū multiplicet ſepiꝰ bonū vtile.nō tn̄
ſaluat ibi bonū honeſtū ⁊ v̊tuoſū. cū
vſura h̄eat maliciā ɔuolutā.ut s̄.dcm̄
ē. Et ɔcludit p̄allegatꝰ frat Girardꝰ.⁊
Jo.an.ꝙ nec ius nāle.nec ius dīnū.nec
ius canonicū pōt pmittere cōtractum
vſurariū ꝑpt aliqđ maiꝰ malū vitādū
vl ꝑpt bonuꝫ qđ inde oriat. Et h̄ clare
ɔſtat.qa ius canonicū nullo p̄dictoꝝ
modoꝝ ɔcedit vl pmittit ɔtractū vſu
rariū. Nā penā ɔminat ⁊ īfligit faciē-
tibꝰ dictū ɔtractū.ut in dcō.c.quia in
omnibꝰ.de vſur. ⁊ in.c.q̄ꝫq̄ꝫ.de vſur.

li° 6°. Et dicunt etiam ꝙ ſi ius cano-
nicū vellet.nullo modo poſſet pmittē
ɔtractū vſurariū ɔ̄ vetꝰ ⁊ nouū teſta-
mētū.ut eſt tex.in.c.ſup eo.de vſuris.
Nec obſtat ꝙ de iure canōico ī cert caſibꝰ videt pmiſſa vſura.ut pꝫ ī.c.ſalu-
brit.de vſur. Et plures alij caſus ſil̄es
numerāt p glo.⁊ doc.in.c.cōqueſtus
de vſur. Na ī ill caſibꝰ nō ē vſura.ſ3 vi
dent caſꝰ p̊ma facie ſil̄es vſure. q tn̄ in
v̊itate nō ſūt ſil̄es nec ī ill vſura ɔmit-
titur.ut dīc p̄allegatꝰ frat Girardꝰ.et
Jo.an.in dcā regula. pctm̄.ī 4° at. Et
h̄ ſequūt etiā cōit doc. ¶ De iure auteꝫ
ciuili dīc p̄dictꝰ frat Girardꝰ ⁊ Jo.an.
ꝙ ius ciuile pōt pmittē ɔtctū vſurariū
nō infligēdo penā ꝑpt malū vitādū.
uel ꝑpt aliqđ bonū qđ in̄ oriat. Sꝫ nō
poſſet ius ciuile p̄cipe vſuras ſeu auxi
liū p̄ſtare ad vſurā ɔmittēdā. Et de h̄
declarat p̄dictꝰ frat.⁊ Jo.an.in dcā re
gula.pctm̄.in 4° 5° et vltimo articul.
De h̄ latiꝰ dicā ī dubio ſequēti. Et ex
his cōcludit cū cōi ſnīa ꝙ eccl̄ia n̄ pōt
pmittē ɔtractū vſurariū nō īfligēdo
penā ꝑpt aliqđ maiꝰ malū vitādū. ul
ꝑpt aliqđ bonū qđ exinde ſeq ſperet.
Et pn̄t adduci lōge plures rōes. ſ3 he
ſufficiūt. Et h̄ q̊ ad tertiū dubiū.

¶ Quartū dubiū.

Circa quartū dubiū.s.an p̊nci
pes ſeculares uel coītates uel
cōſilia ciuitatū poſſint iudeis
dare licētiā fenerādi uel cū eis paciſci
ut fenerent cā maior mali vitādi ul ꝑ
pter bonū qđ exinde ſeq ſperet. cōclu
dendū ē ꝙ nō. qa ſi non pōt h̄ facē ius
canonicū nec eccl̄ia. ut dictū ē in p̄ce-
denti dubio.multo minꝰ pn̄t h̄ facere
p̊ncipes ſeculares ul coītates q̄ in hoc
hn̄t minorē ptāteꝫ q̄ꝫ eccl̄ia. Et h̄.ī.la-
tius declarabo. Sciēdū eſt tn̄ ꝙ p̄de.de

AA

anch᷑o. iur̃ vtriuſq; doctoꝛ p̄ſtātiſſim⁹
q ſcripſit ī iure canōico mouet iſtā q̄-
ſtionē ī ſuo ↄſilio 2° 3° et 4°. qđ īcipit
Cariſſime ⁊ illuſtriſſime pnceps ⁊ ſin
gulariſſime dn̄e mi. vbi q̄rit. vtꝝ dn̄i
imp̄iales đ ↄſenſu ſuoꝝ pploꝝ poſſint
p ſuū decretū ↄcedē q̄ iudeis ſup vſu
ris exigēdis miſtret' iuſticia coꝛā ſuis
officialibꝫ. attēto maxīe q̄ etiā ſubdi
ti non pn̄t niſi ſub fenoꝛe pecūias mu
tuo recipe. ⁊ ip̄e dn̄s noluit ī ſuo terri
toꝛio xp̄ianos talē prauā artē exercē.
Et p̊ arguit q̄ ſic. qa nō pōt dep̄hendi
fraus ſiue pctm̄ ex pte xp̄ianoꝝ recipi
entiū mutuo. qa recipiēs pecuniā mu
tuo ſubſiſtēte maxīa nccītate nō pec-
cat. ut dicūt doc. in. c. ſup eo. de vſur.
qa aliqn̄ toleraẗ min⁹ malū ut euiteẗ
mai⁹. ut in. c. nerui. 13. diſ. ⁊. c. int' opa
de ſpon. Et iō videẗ q̄ illud decretum
poſſit ſuſtineri ut euiteẗ maius malū.
maxīe ne xp̄iani feneretē. ⁊ ut ſui pplī
poſſint ſuis nccītatibꝫ ſubuenire. Naꝫ
ppt nccītatē plura ſuſtinenẗ. ut ī. c. ſi
qs. de fur. ⁊ in. c. qđ nō ē. đ re. iur. Sꝫ
dicēdū ē q̄ iſte rōnes parꝝ valēt. Naꝫ
licꝫ nō ſit pctm̄ recipe ad vſuras a pa-
rato fenerari tpe nccītat. ut in dcō. c.
ſup eo. đ vſur. tn̄ ē pctm̄ ex pte mutu
ant pecuniā ad vſuras. qđ pctm̄ ſicut
nō oꝫ pmitti. ita nec ei auxiliū oꝫ dari
ſeu p̄ſtari cā maioꝛ mali vitādi. ut in
p̄cedēti dubio dictū ē. 3° allegat ibi
Pe. rōnē in. c. cū oēs. ⁊. c. q̄ in eccliaꝝ
de cōſti. cū ibi notat p doc. q̄ ius diui
nū pōt modificari p ↄſtitutiōes pnci-
pū. Sꝫ dicēdū ē q̄ in h̄ cāu nō pōt ius
dīnū p ↄſtitutionē pncipū modifica-
ri. quia nec p papam poteſt modifica-
ri. ut in. c. ſup eo. de vſur. ⁊ pleni⁹ de-
clarabo in ſequēti dubio. īmo nec ius
canōicū h̄ caſu pōt modificare ius di-
uinū. ut dic Io. an. ī p̄allegata regula
pctm̄. ⁊ dictū ē ī p̄cedēti dubio. Alle-
gat etiā dict⁹ Pe. alias rōnes quas nō
adduco. qa ad ip̄as rn̄di in ꝓxīo du-
bio ⁊ etiā ī alio p̄cedēti. Sed deīde di
ctus Pe. dic q̄ nō audet firmare iſtaꝫ
ptem. s. q̄ pncipes hoc poſſint facē. ex
eo q̄ ius canōicū ſtatuit q̄ iudei tene-
ant xp̄ianis vſuras remittē. ⁊ q̄ ad h̄
cogant' p pncipes ſeculares. ut ē tex. ī
c. p⁹ miſerabilē. đ vſur. Et dicit q̄ cū
tale decretū ↄtrieẗ iuri canōico pōt di-
ci irrōnabile. ut. c. i. de ↄſti. li° 6°. Pe.
dic eē inhoneſtuꝫ cogē xp̄ianos ſoluē
iudeis vſuras q̄ī cā nccītat. ppt oppro
briū fidei. ut in cle. i. đ iudeis. Et con
cludit tuti⁹ eē tenere q̄ tale decretū đ
iure ↄcedi nō poſſit. Et ſic cōcludit di
ctus Pe. q̄ pncipes ſclares nō pn̄t cā
maioꝛ mali vitādi etiā đ cōſenſu pplo
rū ſuoꝝ qbꝫ p̄iudiciuꝫ gnātur cōcedē
iudeis licētiā fenerādi. Sꝫ h̄ audacius
firmaſſem ſi fuiſſem recoꝛdat⁹ de v̂bis
Io. an. in dcā regula pctm̄. q̄ in p̄cedē
ti dubio plene examīaui. Vn̄ Bar. ī. l.
cūctos pplos. in. 3. colū. C. đ ſū. tri. ⁊ fi
de catho. dic q̄ impatoꝛ nō potuit p le
ges ſuas pmittē vſuras. qa cū ſit deo ī
ferioꝛ non potuit dīne legi derogare.
Excuſat' tn̄ ab hēſi. qa pmiſit vſuras
ut euitaret maioꝛa mala. Ita dic Bar.
Et h̄ etiā dic glo. 1o. q. c. p̊. Sꝫ dicēdū
ē q̄ impatoꝛ ⁊ leges ciuiles potuerūt
vſuras pmittē indulgendo penā. non
aūt p̄cipiēdo vſuras uel auxiliū p̄ſtā-
do. ut dic Io. an. ī p̄eallegata regula.
pctm̄. ⁊ dixi in p̄cedenti dubio. Bal.
aūt in dcā. l. cūctos pplos. in. 4. colū.
v̂. ſed iux̃ h̄ q̄ro. dic. q̄ impatoꝛ nō po
teſt pmittē vſuras ppt bonū publicū
qa h̄ ē ↄ ſalutē aīe. Et dic q̄ cū h̄ non
poſſit impatoꝛ. multo minus ſtatuta

ciuitatū uel mūicipioꝝ. qa qꝺ nō pōt ꝑma cā q̄ habꝫ influē ī ſcꝺam. multo minꝰ pōt ſecūda cā in quā fit infuſio. Ampliꝰ puto ꝙ paciſcentes cū iudeis ut poſſint ſub vſurꝭ mutuare xp̄ianis ſint excoīcati. Idē dico de illis q interpo nūt decretū ꝙ vſure debeant ſolui iudeis. ⁊ ꝙ eis reddat iuſticia ꝺ vſuris. Nā talia decreta uł pacta fcā ab illis q hn̄t ꝑtātē cōdēdi leges uel ſtatuta dicunt leges uel ſtatuta. ut in. l. plr. §. il le. ꝺ dona. int vir ⁊ vx. ⁊ ī. l. ceſar. ff. de publica. ⁊ vtrobiqꝫ ꝑ Bar. ⁊ ꝑ eūdē Bar. in. l. 4. §. actor. ff. ꝺ re iudi. Et ꝓbat rōne. Nam nedū faciētes talia pacta cū iudeis intēdūt ſe obligare. īmo ꝑncipalit volūt obligare oēs de ciuitate ⁊ diſtrictu ad ſoluendas vſuras iudeis mutuātibꝯ. Et obligāt ex his pactis etiā illi q nō cōſenſerūt. g̊ ſūt ſtatuta cū ex pactis meris nō obligēt niſi ꝯſentiētes. ut in. l. i. ff. de pactis. Et idē ē dicendū qn̄ dn̄s tpalis interponit decretū ut ſoluant vſure. uel ꝙ iudeis ſup vſurꝭ ius reddat. Nā obligāt oēs ſubditi dn̄i ex illo decreto. ⁊ ſic ē vnū ſtatutū. Sꝫ ſtatuētes ꝙ vſure ſoluant uł ꝑſumētes iudicare ut exacte vſure nō reſtituant qn̄ ī iudicio repetūt. ſūt ip̄o facto excoīcati. ut in cle. i. ꝺ vſurꝭ. Ibi enī dr ꝙ eādē penā īcurrūt q ſtatuta talia ꝑſūpſerīt obſeruare uel facē obſeruari. Et licꝫ illa cle. nō loqt ſpecifice de iudeis. tn̄ habꝫ locū etiā ſi talia pacta uel decreta fiāt ut iudei exerceant vſuras. ut dic glo. in v̊bo. cēſura. Et ꝓbat rōne. Nā iudei ita bn̄ ꝓhibēt dare ad vſurā ſicut xp̄iani. ut in. c. pꝰ miſerabilē. ꝺ vſurꝭ. g̊ illa cle. q̄ indiſtincte loqt indiſtīcte dꝫ ītelligi ſiue fenerātes xp̄iani ſint ſiue iudei. Unde xv. doc. ꝑſtantiſſimꝰ q ſcripſit ſuper cle. ⁊ do. Cardi. ⁊ Io. de Imola. ī dcā cle. dicūt ꝙ rex aragonū ⁊ eiꝰ officiales q leuāt magnū tributū a iudeis ⁊ ſaracenis ꝓpt vſuras q̄s eis ꝑmittūt īcidūt in excoīcationē. ſi repetētes vſuras ꝑ ipſos impediant repetē. Et dic Io. de Imola. ꝙ h̄ ē bn̄ notandū. qa ſm̄ h̄ hodie q̄ſi oēs dn̄i ⁊ oēs coītates eēnt excoīcati. Locātes etiam domos iudeis ad fenerādū īcurrūt penas. c. i. de vſuris. li° 6°. lꝫ illud. c. nō loquat ſpecifice de iudeis. ſꝫ ſimplr ꝓhibeat domos locari ad exercēdū fenꝰ. Et h̄ tenet dn̄s Dn̄icꝰ q ſcripſit ſup 6°. in. c. i. ꝺ vſur. in 6°. Idem tenuit dn̄s Lau. de redolphis ꝺ Florētia q ꝯpoſuit tractatū de vſurꝭ. in dcō tractatu. q. 146. Ubi etiā tenet ꝙ ꝯ̄ iudeū pōt opponi exceptio. c. qa fruſtra. ⁊. c. Michael. de vſurꝭ. s. ut ſi iudeꝰ vellet repetē vſuras ſolutaſ xp̄iano. nō ꝑus audiat niſi reſtituat vſuras q̄s ip̄e iudeꝰ recepit. Et tn̄ illa c. nō loquūt ſpecifice de iudeis. ſꝫ ſimplicit dicūt ꝙ fenerator repetens vſuras q̄s ip̄e ſoluit nō audiat niſi ꝑus ipſe reſtituat vſuras q̄s ab aliꝭ ip̄e receperit. Et h̄ de 4° dubio.

¶ Quintū dubiū.

Quo ad quītū dubiū. s. An papa poſſit diſpēſare ut iudei exerceāt vſuras cā maiorꝭ mali vitādi. uel etiā boni qꝺ inde oriat. caſus ē ꝙ nō. in. c. ſup eo. ꝺ vſurꝭ. vbi dr ꝙ cū vſure ſint vtroqꝫ teſtamēto ꝓhibite nō videt aliquē diſpēſare poſſe. Et papa ibi ſubiecit ꝙ nō pōt diſpēſare ſup vſuris ut aliqs liberet a morte. Et oēs etiā doc. tenēt papā non poſſe diſpēſare ut exerceat ꝯtractꝰ vſurariꝰ Idē tenet Io. an. in dcā regula pctm̄. ī 3° ar. vbi dic papā nō h̄re aliquā diſpēſationē ſup vſurꝭ uel cā maiorꝭ mali

vitādi. uel maiorꝜ boni qꝺ exīde oꝛiri ſperet̃. ⁊ mouet̃ p̄ pallegatū. c. ſup eo. Sꝫ ꝯ̃ iſtud facit. qa papa pōt modificare ius ꝺīnū. ut notāt ꝺoc. ī. c. cū oēs ⁊. c. q̄ ī eccliaꝝ. ꝺ cōſti. Itē papa in q̄ꝫ mulꝺ caſibꝰ p̄mittit vſurā cōmitti. ut ī. c. ſalubꝛit̃. ꝺe vſurꝺ. ⁊ ī mulꝺ alijs caſibꝰ q notant̃ in. c. ꝯq̄ſtꝰ. eo. ti. Sꝫ ꝺicēdū ē ꝙ q̄n̄qꝫ aliq̄d eſt malū qꝺ aliq̄ rōne pōt fieri bonū. ⁊ tūc papa pōt int̄p̄tari ⁊ modificare ius ꝺīnū. ut pꝫ ī. c. licꝫ. ꝺe ferijs. vbi ꝺr̃ ꝙ īſtāte nccitate licitū ē piſcari ꝺiebꝰ ꝺn̄icis. et tn̄ ferie introducte ſūt iure ꝺīno. Actus. n. piſcādi ē ī ſe licitꝰ q̄ꝫuis rōne ꝺiei ꝓhibeatur. Q̄n̄qꝫ ē ita ī ſe malū ꝙ nulla rōe fieri pōt bonū. ⁊ tūc nō pōt illud int̄p̄tari ul̃ modificare. ut in. c. ſup eo. ꝺe vſurꝺ. Ad qꝺ bn̄ facit. c. ⁊ ſi xp̄us. v̂. q̄dam. n. ꝓhibēt̃ ꝺ iure iurꝺ. Naꝫ vſura ē malū qꝺ nulla rōe pōt fieri bonuꝫ. ḡ papa nō pōt illud modificare ul̃ īterp̄tari. Hoc ſequunt̃ Hoſti. Io. an. ⁊ cōit̃ ꝺoc. ī. c. a nobis. ꝺ ꝺecimis. vbi ꝺicūt ꝙ vbi in p̄ceptꝺ v̂ſat̃ honoꝛ ꝺei irremiſſibilis ul̃ hūana vtilitas publica. ut ē vidē in p̄ceptꝺ ꝺecalogi. papa non pōt facē aliquā ꝺiſpēſationē ul̃ remiſſiōeꝫ Talis. n. remiſſio ſapit pc̄tm̄. Sꝫ ꝺeꝰ n̄ ꝺedit licētiā peccādi nec Petro nec eiꝰ ſucceſſoꝛibꝰ. ut ꝺīc tex. in. c. p̊. 40. ꝺiſ. P. nō mutuare ad vſuras pecuniā eſt p̄ceptū negatiuū ſeu ꝓhibitiuū. ƀ p̄cepta negatiua ſeu ꝓhibitiua plus obligāt q̄ꝫ p̄cepta affirmatiua. qa ꝓhibitiones obligāt ſp ⁊ ad ſp. 23. q. 5. ſi non licet. Et h̄ iō. qa ꝓhibitiōes ſūt ꝺe peccatꝺ q̄ ſūt ƀm ſe mala nec pn̄t eē bona. ꝺe iure iurꝺ. ⁊ ſi xp̄s. v̂. q̄dā. n. ꝓhibēt̃. ⁊ ꝺe re. iurꝺ. c. 2°. Et ꝓ tāto ꝺr̃ ꝙ qs ꝺꝫ potiꝰ oīa mala pati q̄ꝫ malo cōſentire. 32. q. 5. ita ne. ⁊ in. c. factꝺ. qꝺ metꝰ cā.

Precepta v̂o affirmatiua obligāt ſp. ƀ nō ad ſp. īmo q̄n̄qꝫ p circūſtantias qs excuſat̃ ab illoꝝ obſeruātia. vn̄ intꝺū filiꝰ pōt īmo ꝺꝫ parētibꝰ ꝺicē. nō noui vos. 93. ꝺiſ. ꝺiaconi. ⁊ ſic excuſat̃ a p̄cepto ꝺ honoꝛādis parētibꝰ. Et ē rō. qa cuꝫ p̄cepta affirmatiua īducāt ad actꝰ v̂tutū nō ꝺebēt fieri q̂libꝫ mō ƀ obſeruatis ꝺebitꝺ circūſtātijs q̄ req̄rūt̃ ad h̄ ꝙ actꝰ ſit v̂tuoſus. ut. s. fiat vbi ꝺꝫ. et q̄n̄ ꝺꝫ. ⁊ ƀm ꝙ ꝺꝫ. Et qa ꝺiſpoſitio eoꝝ q̄ ſūt ad finē attēdit̃ ƀm rōnē finis. p̄cipue attēdēda ē rō finiſ q̄ ē bonū virtutꝺ ī iſtis circūſtātijs actꝰ v̂tuoſi. Iſta ſūt v̂ba foꝛmalia ſcī Tho. ī loco p̄allegato. q allegat ad h̄ p̄hm ī 2° ethicoꝝ. Et iō cū vſura ſit p̄ceptum negatiuū ſeu ꝓhibitiuū obligat ſp et ad ſp. Vn̄ nullo mō pōt ꝯcedi. Nō obſtat argumētū s̄. fc̄m. s. ꝙ ius canōicū mulꝺ in caſibꝰ p̄mittat vſurā. Nā ī illis caſibꝰ lꝫ p̄ma facie videat̃ q̄d ſil̃e vſure. n̄ tn̄ ī illis caſibꝰ p̄mittit̃ vſura. ut ꝺīc p̄allegatꝰ frat̃ Girarꝺꝰ. ⁊ Io. an. in ꝺcā regula. pc̄tm̄. ī 4° ar. Et ꝺixi etiā s̄. in 3° ꝺubio. ⁊ h̄ q̄ ad q̄ntū ⁊ vltimū ꝺubiū

Secūdū ꝯſiliū ꝺn̄i Alexādri ꝺe Neuo cōtra iudeos fenerātes. ⁊ ꝯtra apoſtillas factas p ꝺn̄m Angelū ꝺe Caſtro p̄mo ꝯſilio ipſiꝰ ꝺn̄i Alexādri. ⁊ repꝛobatio cōſilij ipſiꝰ ꝺn̄i Angeli.

IN noīe ꝺn̄i nr̄i ieſu xp̄i q̄ es verus ꝺeꝰ ⁊ verꝰ hō. cuiꝰ glorioſiſſimo ſanguine reꝺēpti ſumus. a q̊ cūcta laudabilia nr̄a ꝓcedūt ſicut ⁊ cetera bona. ⁊ eiuſdē glorioſiſſime matrꝺ ⁊ v̂ginis Marie. ꝺiui Hieronymi. totiuſqꝫ curie celeſtis. Amen.

TErtia tua apoſtilla. Si deꝰ
ꝑmiſit iudeos fenerari gē-
tibꝰ ad euitādū maiꝰ malū
⁊ pctm̄ iudeoꝝ. dicendū ē
etiā ꝙ xp̄s ꝑmiſit ⁊ ꝑmittat xp̄ianos
ꝯducē iudeos ad fenerādū ad euitan
dū maiꝰ malū ⁊ pctm̄ ipſoꝝ xp̄ianoꝝ
q ſūt inclinati ad pctm̄ auaricie ſicut
tūc erāt iudei. Nec ē tua apoſtilla foꝛ-
malis. Nōne dīc ſcriptura ꝙ impiꝰ īci
dit ī laqueū quē parauit? De h̄ ſepiſſi
me exēpla videmꝰ ⁊ cū anguſtia expe
rimur. ⁊ adhuc coꝛrigi nolumꝰ. ſꝫ ī ip-
ſa neqcia ꝑſeueramꝰ. Did me īeptiſſi-
me ⁊ incōpatiſſime illud ꝯſiliū edidiſ
ſe. Si mihi licēt te quē veneroꝛ ⁊ ma-
gnifacio atqꝫ exiſtīo arguē. dicerē ine-
pte ⁊ īcōpoſite hic locutū fuiſſe. Nō-
ne oīa bona fiūt iubēte deo? Nōne oīa
mala fiūt ꝑmittēte deo uel ſinēte. z3.
q. i. qd culpat̄. et. zz. q. i. monet. §. ꝓ
v. Itē xp̄s Pilato. Nō h̄res ī me pote-
ſtatē niſi tibi datū eēt deſuꝑ. Et Augꝰ
in 5° li° de ciui. dei. ca° x°. ī fi. ſic dicit.
Vn̄ qcqd p̄ter volūtatē ſuā patit̄ hō.
nō dꝫ h̄ tribuē hūanis uel angelicꝫ uel
cuiuſcūqꝫ creati ſpūs volūtatibꝰ. ſꝫ eiꝰ
potiꝰ q dat ptātē volentibꝰ. Et li° xi°.
ca° 17°. Sꝫ deꝰ ſicut nāꝝ bonaꝝ optimꝰ
creatoꝛ ē. ita malaꝝ volūtatū ē iuſtiſ-
ſimꝰ oꝛdinatoꝛ. ut cū male illi vtant̄
naturꝫ bonis. ipſe bn̄ vtat̄ etiā volūta
tibꝰ malis. Et in. c. ſe. in p̄n°. Neqꝫ enī
deꝰ. nō dico āgeloꝝ ſꝫ ul̄ hoīuꝫ crearet
quē malū futuꝝ eē p̄ſciſſet. niſi parit̄
noſcēt qbꝰ eū bonoꝝ vſibꝰ ꝯmodaret
Ad idē. z3. q. 5. delegētes. vbi dr̄ ꝙ de
us ex q̊libꝫ malo opat̄ bonū. ⁊ tn̄ ma-
lū ꝓpt̄ h̄ nō dꝫ eē imune a pena. Si g̊
nullū malū pōt fieri niſi deo ꝑmitten
te ⁊ malā volūtatē oꝛdināte q̊ ad aliq̄
ptātē mali ꝯmittēdi dimittēdo. q̊ ad
aliq̄ ſeu ad cetera auferēdo ptātē. h̄ ē
in quā deū malā volūtateꝫ oꝛdinare.
Quare g̊ delīquētes puniūt̄ ex q̊ illud
malū factū eſt deo ꝑmittēte. ⁊ ex illo
malo deꝰ ul̄ opatꝰ eſt bonū ul̄ opabit̄.
q̄re tu iudex ꝓhibes hoīcidia. furta. ⁊
cetera crimīa? q̄re interficis uel ſuſpen-
dis fures aut hoīcidas? Debes tu q̊qꝫ
tolerare ex q̊ illud malū niſi deo ꝑmit
tēte ꝯmitti nō potuit. Abſit oīo. Data
ē lex ꝑ dn̄m ⁊ ꝑ Moyſen iubens bona
ꝓhibēs atqꝫ punieſ mala. Exo. zi°. zz°.
et z3°. c. et Leuitici. 19°. et Ezech. 33°. c.
vbi dr̄. Si dicēte me ad impiū. moꝛte
moꝛieris. ⁊ nō ānūciaueris ei neqꝫ locutꝰ
fueris ut auertat̄ a via ſua īpia ⁊ viuat.
ipſe impiꝰ ī iniqtate ſua moꝛiet̄. ſan-
guinē aūt eiꝰ de manu tua reqrā. Iteꝫ
⁊ alij p̄lati debēt delicta ſubditoꝝ coꝛ
rigē. et moꝛes refoꝛmare. ne ſanguis
ſubditoꝝ reqrat̄ de manibꝰ p̄latoꝝ. ꝺ
offi. oꝛdi. c. irrefragabili. ⁊. c. fi. de re-
gula. cū ſilibꝰ. Itē rex dꝫ furta cohibē
adultia pūire. īpios ꝺ terra ꝑdē. p̄rici
das ⁊ piuros nō ſinē viuē. filios ſuos
nō ſinē īpie agē. Iſte ē tex. z3. q. 5. rex
dꝫ. Locutꝰ fuiſti ꝓfecto īepte dū dicꝫ.
Si deꝰ ꝑmiſit iudeis fenerari gētilibꝰ.
Nā oē malū qꝺ fit a deo ꝑmittit̄. ⁊ tn̄
nō dꝫ p̄latꝰ. nō dꝫ iudex illud ꝑmittē.
ne ſanguis ſubditi. ne ſanguis filij re-
quirat̄ ꝺ manibꝰ eiꝰ. Incōpoſite. n. ⁊ ī
epte loqt̄ q tmiſ māe n̄ ꝯueiētibꝰ vtit̄
Debuiſti g̊ dicē. Si Moyſes ꝑmiſit iu
deis fenerari ad euitādū maiꝰ malū ⁊
maiꝰ pctm̄. Et ſic loqt̄ ſcūs Thō. ⁊ doc.
Ego ī ꝓ dubio ꝯſilij mei hāc obiectio
nē diſſolui ⁊ dixi ꝙ iudei erāt pati ad
fenerādū iudeis ⁊ gētilibꝰ. īmo ipas
vſuras a iudeis ⁊ a gētilibꝰ recipiebāt
Vn̄ Moyſes ꝑ illā ꝑmiſſionē reſtrīxit
pctm̄ iudeoꝝ. Nā q̊tiēs qſqꝫ īplicitꝰ ē

inť duo mala ita ꝙ oīo alteꝝ ē facturꝰ
debꝫ ei ꝑmitti malū minꝰ ne faciat ma
ius. De hͦ ē tex. i3. diſ. nerui. 33. q. 2. ſi
qđ veriꝰ. Pone exēpluꝫ. Venis ad me
hñs ꝯcubinā. dicꝭ te nō poſſe ab eius
ꝯmixtiōe abſtinē niſi eā inficias. Ti-
bi cōſulā ut potiꝰ adulteriū uł fornica
tionē ꝯmittas ꝗ̄ hōicidiū. ex ꝗ nō poſ
ſū te coercē ab vtroq; crimīe. Ita fecit
Moyſes. ut dicūt ſcūs Tho. ⁊ theolo-
gi ⁊ canōiſte ꝗs in ꝑdicto dubio alle-
gaui. Et ſcūs Tho. ⁊ ceteri ponūt exē-
plū ī libello repudij ꝑmiſſo ꝑ Moyſē
ad euitādū maiꝰ malū. s. hōicidiū. Le
ge tex. 3i. q. i. hac rōne. ibi. hoc ꝑmiſit
Moyſes nō ꝑcepit. Aliud eſt. n. ꝑcipe
aliud ꝑmittē. Qđ enī ꝑmittimꝰ nolē
tes facimꝰ. qa malas hoīuꝫ volūtates
ad plenū ꝓhibē nō poſſumꝰ. Iſtū tex.
lege oculis aptis ⁊ bñ ab oī ſorde mun
datis. ⁊ dicas ꝙ cā euitādi maiꝰ malū
nūc ē ꝑmittēdū malū qñ nō pōt cohi
beri nec pūiri. Et hͦ etiā modo loqtur
Archi. in dcō. c. hac rōne. Videbis ſi
apis oculos. ⁊ dū tuū ꝯſiliū euacuabo
clariꝰ oſtēdam. Nos aūt ſumꝰ in alijs
termīs. qa iudei non pñt fenerari niſi
ſi ꝯcedat a xp̄ianis. Dicis ꝗq; ꝙ xp̄ia-
ni etiā ſūt inclinati auaricie ſicut tūc
erāt iudei. Male dicꝭ xp̄ianos eē incli-
natoſ auaricie ſicut iudei erāt. Loq̄riſ
enī ꝯ fidē. Si hͦ eēt. ad qd nūc ꝓdeſſet
paſſio. reſurrectio. ⁊ aſcēſio dnī nr̄i ie
ſu xp̄i? Profecto nūc ſūt plures xp̄ia-
ni boni ꝗ̄ tūc erāt iudei. ⁊ nūc nō ſūt
tot mali. nec q ſūt mali ſūt adeo mali.
Rogo te qs xp̄ianorū tenet altare pa-
ratū ſicut tenebant iudei illo tp̄e? Sꝫ
dicis. Sūt aliq occulti. Si eos ſcis. ac-
cuſa ip̄os. uel mone iudices ut ingrāt
eoſq; puniāt ſi xp̄iani vſuras exercēt.
Nā de ipſo crimīe ſicut iudei accuſari
⁊ puniri pñt. Sꝫ forte dices. Occulte
cōmittēt hͦ crimē. occulte mutuabūt
ſub vſurꝭ ⁊ ꝓbari nō poterit. qa mulꝭ
fraudibꝫ palliāt ſuos ꝯtꝰ. ut dic Io.
an. in. c. ad nr̄am. in ti. de emp. ⁊ ven.
Non legi nec audiui te hͦ dixiſſe. ⁊ q hͦ
dicēt temerario iudicio loqt̄. Qui. n.
vſurpat ſibi iudiciū dei. qa ſolꝰ deus ē
ſecretoꝝ cognitor. 32. diſ. erubeſcant.
Et ecclia nō iudicat de occultꝭ. ut in. c.
a nobis. đ ſen. exco. Et ſcī viri crimīa
occulta ſuſtinēt. ⁊ tacēt ſi ip̄a ꝓbare n̄
pñt. 2. q. 7. plerūq;. Sꝫ cū deo placue-
rit publicabit crimē ī medio ſynago-
ge. ⁊ reuelabit abſcōſa. ⁊ ī medio ꝑplī
allidet crimīoſū q acceſſit ad deū ma-
ligne cuiꝰ cor erat plenū dolo ⁊ fallacia
Eccl. ꝑ ca°. in fi. Ingrāt ḡ iudices xp̄ia
nos cōmittētes hͦ crimē. Ex ꝗ. n. cohi
beri pñt nō ſūt ꝑmittendi. dcō. c. hac
rōne. Et hͦ ī meo ꝯſilio pleniꝰ ē diſcuſ-
ſū. ad quod me remitto. Admiror q; ꝙ
hāc obiectionē fecerꝭ cū illā vidē poſ-
ſes plene diſcuſſam ⁊ ex iuribꝫ ⁊ ſentē
tijs doctoꝝ ſopitam.

QVo ad tertiā apoſtillā eiuſdē
dnī Angeli poſitā ī 2° dubio
mei cōſilij in ꝗ teneo ꝙ ecclia
dꝫ ſe ip̄edire đ pctō iudeoꝝ fenerātiū
Talis ē ſua apoſtilla. Iteꝝ beſtialiť lo-
querꝭ. qa ecclia ip̄edit ſe de vſurꝭ extor
tis a iudeis a xp̄ianis auctoritate ꝓp̄a
ip̄oꝝ iudeoꝝ ob fauorē ip̄oꝝ xp̄iano-
rū. s. ut illoꝝ indēnitati ꝓuideat. ⁊ n̄
ꝓpť pctm̄ ip̄oꝝ iudeoꝝ. ſ. ut eoꝝ aīabꝫ
ꝯſulat. qa de ſalute aīaꝝ eoꝝ ecclia nō
curat. cū ſint forꝭ ⁊ dānati ꝓpť ꝑfidia
⁊ defectū baptiſmi. ⁊ ſic. c. pꝰ miſerabi
lē. cū reuerētia ſcribērꝭ ad hͦ n̄ meruit
allegari. Sꝫ meo iudicio erraſ vehemť
Iudeꝰ. n. nō ē ſubditꝰ ecclie niſi rōne
crimīs cū ſit laicꝰ ⁊ īfideł. ut ī. c. nouit

de iudicijs. Ibi eſt bona glo. in. c. nos
in. de purga. cano. 7 glo. 7 doc. ī. c. ꝑ.
de offi. or. Nõ ḡ hꝫ eccl'ia iuriſdictiõeꝫ
ſup infidelē niſi rõne eccl'iaſtici crimi
nis. Et hͦ notat̄ p doc. ī locis ꝑallegat
in ꝯſilio meo. s. in. c. qꝺ ſup his. ꝺ vo
to. 7 in. c. gaudem⁹. de diuor. Eccl'ia ḡ
ꝯpellit iudeos reſtituē vſuras. qa rõe
criminis vſuraꝝ eccl'ia põt 7 dꝫ ſe intro-
mittē. Si ḡ rõ criminis ē illa q̄ defert iu
riſdictionē ad eccl'iaꝫ. s. ut faciat eū cõ
pelli ad remittēdas vſuras. ḡ ī errore
es dū dicis ꝙ eccl'ia ſe īpedit de vſuris
extort p iudeos ut ſubueniat īdēnita
ti xp̄ianoꝝ. 7 non ꝑpt pctm̄ iudeoꝝ.
Si enī eccl'ia ſe īpedit ꝑpt pctm̄ iudei
nec rõne ſoli⁹ dāni xp̄ianoꝝ poſſet ſe ī
pedire. qa ad eccl'iaꝫ nõ ptinet iuriſdi
ctio ī laicos ſ3 ad dn̄m tpalē. ḡ rõe pec
cati ipſi⁹ iudei eccl'ia ſe impedit. 7 facit
ꝯpelli iudeū ad remittēdas ul' reſtitu
endas vſuras xp̄ianis. qa peccat eas re
tinēdo. Et põdera iſtā rõnē. qa eſt rõ
deciſiõis illi⁹. c. Sicqꝫ iude⁹ fenerādo
offendit ſuā legē. qa ſcḋm legē dīnā pec
cat fenerādo xp̄iano. ḡ eccl'ia põt ſe in
tromittē. Et hēs auctoritateꝫ Pe. de
ancho. ī cõſilio qꝺ allegas q p illud. c.
p⁹ miſerabilē. dixit tuti⁹ eē tenē ꝙ iu
dei nõ pn̄t ꝯduci ad fenerādū etiā ꝓ-
pter euitādū pctm̄ xp̄ianoꝝ. s. ne xp̄i
anus feneret̄. ḡ illud. c. fecit ad ꝓpoſi
tū. 7 ꝯfūdit ꝯſiliū qꝺ cõpoſuiſti. de q̊
ī. differēdū ē. Itē lege ibi doc. qui colli
gūt ex illo tex. ꝙ iudei peccāt feneran
do xp̄ianis. Et hͦ colligit dn̄s Abbas ī
vltio nõbili. Et vide etiā Io. ꝺ Anāia
in dcõ. c. p⁹ miſerabileꝫ. ſup glo. i. vbi
dīc ꝙ lꝫ iudei ſubſint pncipi ſcl'ari ī tē
poralib⁹. tn̄ eos põt eccl'ia ꝯpellē ad re
ſtituēdas vſuras. Nā cū illud crimen
ſit eccl'iaſticū. iudei peccāt ꝯ̄ legē diui
nā et ꝯ̄ legē nālē exercendo vſuras. et
iõ licite pn̄t ꝯpelli p iudicē eccl'iaſticū
Allegat notata p Inno. in. c. qꝺ ſuper
his. de voto. Et ꝓ hͦ facit dcm̄. c. p⁹ mi
ſerabilē. in fi. vbi eccl'ia intdicit coio-
nē xp̄ianoꝝ iudeis. Hec ſūt v̂ba Io. de
Anania. Vn̄ potes vidē ꝙ bn̄ allegaui
c. p⁹ miſerabileꝫ. Et ſi null⁹ doc. aliqd
dicēt. adhuc dꝫ te cedē rõni. Nā eccl'ia
nõ põt ſe īpedire ꝺ reb⁹ tpalib⁹ laicoꝝ
xp̄ianoꝝ. ſ3 iudiciū ptinet ad iudicem
ſecularē. Vn̄ eccl'ia impedit ſe de pctõ
ut in. c. nouit. de iudicijs. 7 rõne pctī
7 nõ ut ſubuēiat indēnitati xp̄ianoꝝ
ꝯpellit iudeū ad reſtituēdas vſuras.
Et hͦ facit eccl'ia. qa curat de pctõ. 7 ſi
nõ curaret nõ ꝯpellēt eos ad reſtituē
dū. cū tm̄ rõe pctī 7 nõ alia rõe eccl'ia
hēat hāc iuriſdictiõeꝫ. ḡ nõ eſt veꝝ ꝙ
eccl'ia n̄ debeat curare ꝺ pctõ iudeoꝝ.
īmo dꝫ curare. Et ꝺ hͦ ē cāus in dcõ. c.
p⁹ miſerabilē. cui q̊tiēs rn̄debis totiēſ
deo fauēte tuas rn̄ſiones infrigā. Nec
obſtat. c. q̄ꝫto. eo. ti. vbi papa ꝓuidet ꝯ̄
iudeos fenerantes ne exhauriāt facul
tates xp̄ianoꝝ. qa illa nõ ē ſola rõ q̄re
ꝓhibeāt̄ iudei fenerari xp̄ianis. ſ3 ſūt
multe alie rõnes. ut dicunt ibi doc. q̄
rõnes ponūt̄ ī rubrica de vſur. 7 p Io.
an. in regula pctm̄. ī 3° ar. Nam vſure
aīas deuorant 7 facultates exhauriūt.
ut dīc tex. ī. c. ꝑ. de vſur. li° 6°. Itē vſu
ra exercet̄ in offenſaꝫ dei 7 ꝓximi. ut ī
cle. illa. eo. ti. ī pn̄°. Et dr̄ crimē vſura
rū eē ī offenſam dei. qa fit trāſgreſſio
mādatoꝝ dei. Itē qa p hͦ crimē diabo-
lus furatur aīas deo ſcḋm Stephanū de
mõte lauduno. et dn̄m Cardi. in dcõ
notabili ꝑ. Itē dr̄ tale crimē eē ꝯ̄ ꝓxi-
mū. qa ei dꝫ fieri reſtõ. ut ibideꝫ dicit
glo. z. Itē qa p tale crimē exhauritur
ſuba ꝓximi. ut in. c. ꝑ. de vſuris. li° 6°.

Vñ vſuratiꝰ dicit̃ trucidatoꝛ pauperũ
14.q.4.q̄d dicã.7 effuſoꝛ ſanguĩs ꝓxi
mi.ea.q.c.ĩmolat.7.q.5.penale.ĩ fi.
Et ideo ꝓpt̃ pctm̃ q̄d ↄmittit iudeus
ↄtra deũ 7 ꝓpt̃ offenſam ꝓximi.eccl̃ia
hab3 iuriſdictionẽ.ſicut cohercet etiã
catiꝰ vendẽtes q̄3 ſit iuſtũ p̃ciũ.ut ĩ.c.
p̊.de emp.7 ven.Et refert ibi Jo.an.
Abbatẽ q dic mgr̃m ſuũ ĩduxiſſe illu3
tex.ꝑ iuriſdictiõe eccl̃iaſtica ↄ̃ laicos
q in cera miſcebãt farinã fabaꝝ cũ ip̃a
cera vẽdẽtes ut ep̃us poſſit illos puni
re.Nã rõ pcti q̄d ↄ̃ deũ cõmittit̃ ꝓpt̃
offenſam ꝓximi defert iuriſdictione3
iudici eccl̃iaſtico.7 in cõſequẽtiã ꝓui
dere indẽnitati ꝓximi.Auctoꝛitates
quas h̃ dimitto.ſupplebo in trñſiõe ad
quintã apoſtillam.

Quã qnta apoſtilla ſic iacet.be
ſtialit̃ 7 inſulſe loquer̃.qa ec
cleſia nõ põt ſe impedire ↄ̃ iu
deũ ut eu puniat de delicto ab eo ↄmiſ
ſo ↄ̃ legẽ nãe.nec d̃ ſalute aĩe illiꝰ.ſꝫ ut
cõſulat aĩabꝫ xp̃ianoꝝ.s.ne ꝓpt̃ pctm̃
dãnent̃ eccl̃ia ſe ĩpedit.Et h̃ ẽ q̄d alij
ↄſuluerũt.Idẽ replicaſ ĩ duabꝫ ſequẽ
tibꝫ apoſtillis.Et iõ iſti ſad ſit rñdere
S3 aduerte ad tuam apoſtillã.Nam ĩ
meo ↄſilio ſũt allegate auctoꝛitates q̄
vbi infideles delinquũt ĩ lege nãe uel
ↄ̃ lege3 diuinã.eccl̃ia põt eos punire.
Allegatꝰ fuit Inno.7 doc.in.c.q̄d ſup
his.de voto.7 in.c.gaudemꝰ.d̃ diuoꝛ.
Et vtrobiq3 doc.oẽs firmãt.Tu dicis
q̄ eccl̃ia h̃ nõ facit ne ĩfideles dãnent̃.
